



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De communione cum excommunicatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

multa comperiet lector excommunicationis vestigia, quae illic etiam adnotavit Ficinus.

§. PRIMVS.

De communione cum excommunicatis.

S Y M M A R I A.

- 1. Communio cum excommunicatis prohibita est iure non tantum humano, sed etiam diuino.
- 2. Romanus Pontifex, non potest dispensare, aut permittere, quod communicet cum cum excommunicatis.
- 3. Papatu diuino interpretari, non autem tollere vel mutare potest.
- 4. Romanus Pontifex, an possit licite absque peccato communicare cum excommunicatis?
- 5. Princeps, an teneatur seruare leges humanas, vel sit ab eis solutus?
- 6. Papa, an teneatur semel in anno confiteri?
- 7. Confessio sacramentalis, est ad salutem necessaria, iureque diuino instituta.
- 8. Quis eorum iure diuino tenentur quis omnino confiteri: praesertim an eo tempore, quo sapere vult Eucharistiam?
- 9. Maritus an possit licite communicare cum uxore excommunicata?
- 10. Contrarius iuris cum excommunicato, nullus est.
- 11. Communio cum excommunicato ad eius spirituale salutem iure permittitur.

Septimo loco, ut eandem excommunicationis definitionem amplius aperiamus, & quot inferat hac à communione Ecclesiae segregatio, nouem documenta explicemus, deducuntur à proxime notatis, excommunicatum vitandum fore ab alijs fidelibus, nec ei communicandum esse. hoc probatur multis, praesertim *Matt. cap. 18.* Si Ecclesia non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. *Prima* item ad *Timoth. cap. 5.* Si is, inquit Paulus, qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruicus, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumite. & rursus ad *Theosal. 2. capit. 3.* dixit: quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur. & *Ioan. 2. cap. 1.* ita admonet: si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non afferat, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dixerit illi aue, cōmunicat in eius operibus malignis. Ecce praedixi vobis, ut in die domini non confundamini. Ex quibus patet, non esse communicandum cum excommunicato, nec hospitalitate, nec familiari colloquio. Hoc ipsum admonet. Calixtus Papa & Martyr in epistola ad omnes Galliarum episcopos: dicens: excommunicatos quoque à sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque partis nulla examinatio, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo cōmunicet, nec aue eis dicat: quia quicumque in his, vel in alijs prohibitis scienter excommunicatus communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem, & ipse similiter excommunicationi subiacebit. Haecenus Calixtus: cuius Gratianus meminit in *c. excommunicato. II. qu. 1.* idem fere tradit *text. in cap. super hoc tit. cap. 2. de except.* quibus in locis prohibetur communicatio cum excommunicatis in oratione, osculo, locutione, & cibo ac potu. est & ad hoc ex *Chrysostomo text. in cap. ad mensam. 11. qu. 1.* qua in questione Gratianus ipse plures tradit auctoritates, quibus comunicatio cum excommunicatis prohibetur. Quibus accedit *Regia lex 24. tit. 9. part. 1.*

Hinc deducitur, communionem cum excommunicatis prohibitam esse iure diuino legis Evangelicae. Id patet ex *4. Mart. 18.* & ex alijs Pauli, ac Ioannis Apostolorum locis. Hanc opinionem tenet Chofmas in *Pragmat. sanctio. tit. de excommunicato. non cuiusd. in verb. nisi.* Felinus post alios in *cap. nulli. de sentent. excommuni.* & Theologi, qui nostra aetate aduersus Lutherum scripserunt. Illud tamen est hac in re obseruandū, lege Evangelica prohiberi communionem cum excommunicatis in his quae ad diuina pertinent: in alijs autē prohiberi lege humana. Etenim in Euangelio illa comunicatio prohibetur, quae vere & proprie Christianorum est, & spiritualia respicit, & sic illa, quae circa diuina contingit auctore Thoma in additionibus ad tertiam partem, *qu. 1. 23. artic. 3.* igitur comunicatio in diuinis est cum excommunicato prohibita lege Evangelica, non in alijs: sicut Ioannes Maior, in *4. dist. 18. qu. 1. 4.* & Driedo, in *lib. de libert. Christiana. part. 137.* Huc pertinent multa, quae in praecitati passulo ante locis frequentissime à virtis sanctitate & doctrina celebratissimis traduntur.

Vnde solet à nostris in *cap. nulli. eodem tit. disputari* possit: ne aliquis privilegio Romani Pontificis habere ius com-

municandi eum excommunicatis? & tandem Panorm. post alios in *dist. cap. nulli. in ea est sententia*, ut opinetur, non posse Romanum Pontificem sine causa ab actu per privilegium permittere, quod communicet cum excommunicatis maiori excommunicatione. idque assererat auctoritate *text. in d. cap. nulli. & in cap. 3. §. excommunicatos. de priuil.* quibus minime probatur hac assertio. Nam inibi tantum constat, mo nachos, & alios utcumque exemptos, & privilegia generalia habentes, teneri ad euitandum excommunicatos, quia priuilegium generale exemptionis à iurisdictione episcoporum, non tendit in hoc, ut teneantur habere hoc priuilegium vitare excommunicatos, ab ipsis episcopis, & Ecclesiarum praelatis. Vnde non omnino probatur communis conclusio in dictis locis.

Qua ratione ipse diliguerem in hac questione. Etenim aut agimus de communicatione in diuinis: & opinor, non posse Papam dispensare, nec cuiquam permittere, quod communicet cum excommunicato maiori excommunicatione. Nam licet posset summus Pontifex ius diuinum interpretari, profectò illud non poterit quacunque ex causa tollere, nec per dispensationem, nec per priuilegium: sicuti iam admonuimus non semel, sed praesertim in Epitome ad quartum librum decretal. *2. part. cap. 6. §. numer. 2.* nec sane nec vlla ex causa dispensatio in hoc iustificabitur: licet interpretatio possit vim, & effectum habere, maxime ex auctoritate Romani Pontificis, qui tamen legem diuinam tollere non potest. *cap. cum inferior. de maiorit. & obedienc.* Et haec quidem in hunc sensum accipienda sunt, ut ex privilegio Romani Pontificis minime peccati culpam effugiat, qui in diuinis communicat cum excommunicato maiori excommunicatione: tamen huius privilegii causa immunitas sit à poena iure positio statuta contra communicatos cum excommunicatis: nempe minori excommunicatione: quae minor excommunicatio iure humano infligitur communicantibus cum excommunicatis: quod Felinus sensit in *d. cap. nulli.* & comprobari poterit ex his, quae nos tradidimus in *Reg. Peccatum. de regul. iur. 2. par. §. 8. num. 9.*

His accedit adnotatio *gl. in cap. si inimicus. 9. dist. 1. & in d. e. nulli. vbi Panorm. & alij ex eo colligunt*, Romanum Pontificem communicantem cum excommunicato, non incidere in excommunicationem minorem. Etenim id non alia ratione procedit, quam quod excommunicatio minor, quae communicantibus cum excommunicatis inducitur, poena sit iuris humani, & positui. Nec refert ad hunc effectum, quod Papa communicauerit cum excommunicato in diuinis, vel in profanis, & alijs humanis colloquijs: licet nec ipse Papa valeat à peccato exculari, si absque iusta causa cum excommunicato utcumque communicauerit: quemadmodum sensit *gl. in d. e. nulli. Panorm. in c. cum desideres. hoc tit. & Syluest. verb. excommunicatio. 5. vers. primum dubium.* Nam si Romanus Pontifex communicet cum excommunicato in diuinis, peccabit, quia ea comunicatio est lege diuina prohibita: quod si haec comunicatio in humanis contigerit absque causa, quidam forsitan opinabuntur, ipsum Papam non peccare, ex eo, quod legi positivae minime subiiciatur, *text. l. princeps. ff. de legibus. cap. propositi. de cons. ff. prebend. l. omnium. C. de testam.* Nos contrariam sententiam veriorē esse arbitramur: quam ea ratio potissimum adstruit & comprobatur, quod licet princeps summus agens contra ipsius legem, & humanam principum cōstitutionem nequaquam reus sit illius humanae legis violatione: quippe qui non teneatur ipsius legis humanae vi coactus, ut obiter hac vtar dictione, nec ratione humanae praeccepti: tenetur tamen vi quadam directiua, & quae principem ratione ad rectum dirigit humanae constitutioni, etiam à seipso lata seipsum summmittere, quod probatur in *l. digna vox. C. de legio. ca. instrum. 9. dist. 1.* Ratio siquidem naturalis dicitur, principem legem illam seruare debere, quam is tulerit. *cap. cum on. res. de consuetud. tur.* Qua ratione quo ad Dei iudicium princeps non est absolutus à lege, quam ipse tulerit, quo ad vim directiuā, quae principem in id dirigit, quod facere tenetur: denique turpe apud Principem, Reipublice caput, est, quod non conueniat eius communitati. Ideo probatissimū hoc esse existimarunt Diuus Thom. *1. 2. qu. 96. artic. 5.* & ibi optime Caietan. *Felin. num. 24. & Deci. num. 1. 4. in cap. 1. de consuetud. For. cum. in l. 1. num. 1. ff. de pact. Ludouic. Gomez. in regul. de infirmis insignari. qu. 1. colum. 2. quibus suffragatur textus in cap. iustitia. & in cap. vltim. 25. qu. 1. sunt & ad idem quā plura testimonia*

na, ex sacris præsertim liberis. Etenim *Matthæi cap. 23.* Christus Iesus Phariseis exprobat, quod onera graua aliis imponat, ipsi verò nec digito velint ea mouere. Huc pertinet Canonis sententia: Patere legem, quam tuleris. Illud item quod Plato docet de legibus *dialogo 4.* interim enim, inquit, paratum exitium illi ciuitati video, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præfunt salutem vero illi, ubi lex seruientibus magistratibus dominatur. Idem refert Ioannes Stobæus *sermone 42. ad Roman. c. 2.* diuus Paulus satis hanc conclusionem confirmat: Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas, exitimas autem hoc o homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? Hæc & alia ad hanc rem inibi Apostolus docet. vnde Nathan Propheta, quo maiore David Regè pudore suffunderet, sua ipsam de aliena persona lata sententia condemnauit. *2. Regum. cap. 12.* sic noster Bald. insigniter in *l. col. 8. C. de seruit. & aqua. scribit.* Principem esse animal rationale, politicum, & mortale: atque ideo, licet is solutus legibus sit, non tamen à dictamine rationis, quod multis in locis vt memorabile dictum commendatur, sed præ cæteris à *Curtio consil. 63. colum. 2.*

6 Vnde & illa solet discuti quæstio, an teneatur Romanus Pontifex omnino semel saltem in anno confiteri propria peccata sacerdoti: quam tetigere, ac tradidere gloss. in *cap. sane de offic. delegat. vbi Dec. in sine gloss. in cap. nemo. 9. quæst. 3. Dominic. in cap. iustum. 9. dist. Ioan. And. in cap. omnis vtriusque. de penit. & remiss. idem & Panorm. num. 14. in cap. significasti. de foro comper. Felin. in d. cap. sane idem in c. 1. de constit. 4. fallent. Syluest. in verb. confessio 2. q. 6. Theologi in 4. sent. dist. 17. Martinus Azpilcueta in princip. de penit. dist. 5. num. 32. & in c. placuit. de penit. dist. 5. nu. 15. ex quibus illa constat resolutio, summum Pontificem teneri ad hanc confessionem, quæ sacerdotibus secreta fit, in omnibus illis casibus, quibus à iure diuino est instituta & præcepta: tamen si minime teneatur præcisè semel in anno confiteri iuxta præceptum humana constitutionis in d. c. omnis vtriusque. Non enim tenebitur ad hanc confessionem ipse Papa quolibet anno secundum receptiorem sententiam eorū, qui paulo ante sunt à me nominatim citati. quorum quidem opinio in hunc sensum mihi placet, vt ratione præcepti humani, ex eius vi cogente, nõ teneatur summus Pontifex semel in anno præcisè confiteri: opinor tamen eum omnino ad hanc teneri confessionem tempore statuto in d. c. omnis. ex vi illius Canonis directiua, ratione sane naturali, quæ docet principem legibus etiam humanis subditum esse. Nec dubitarem ipse inspecta grauitate huius rei summum Ecclesiæ præfulem mortali culpa notandum fore, si saltem semel in anno minime propria peccata mortalia sacerdoti confessus fuerit. Senfit hanc opinionem Dec. in d. cap. sane. ad finem. de offic. delegat. cuius sane conclusionis ratione obiter hoc in aliquot conclusiones exponam, quo facilius lector intelligat, quid sit vere in hac quaestione respondendum.*

Prima conclusio: Confessio exterior, quæ omnium peccatorum mortalium sacerdoti secreta fit, necessaria est ad salutem ex Christi institutione. Hæc probatur *Ioan. 20.* Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: quorū retinueritis, retenta sunt: *Matth. c. 16.* Tibi dabo clauis regni cælorū: & quodcumq; solueris super terrā, erit solutum & in cælis. Etenim si à Christo Iesu sacerdotes acceperunt potestatem remittendi peccata, & ab eo sunt constituti iudices ad remittenda peccata, consequitur lumine quidem naturali, non posse hoc iudicium exerceri per eos absque cognitione peccatorum. ignorabit plane sacerdos, an debeat remittere peccata, an retinere, nisi eadem ei fuerint manifesta. Item & *Iacob. cap. 5.* confitemini alterutrum peccata vestra. ex quibus hæc est Catholica conclusio: atque ita definitum extat aduersus hæreticos in Concilio Constantiensi: quo loco damnantur errores VVicleff. & in Concilio Florentino sub Eugenio quarto, atque idem in Tridentino, *sessione. 6. capit. 14.* Huiusque confessionis sacramentalis, & quæ sacerdotibus fit, meminere Origenes, Basilus, Dionysius, & alij Ecclesiæ Catholici Doctores, quorū auctoritates tradidit contra Lutherum Rosenfius, *artic. 8. & 9. Eekius in Enchiridio cap. 8.* idem in *Homilia 41. de sacramento.* Alfonso à Castro de hæresibus, in verb. confessio. Albertus Pighius in *controuersia 9. cap. de peccatorum confessione. & libr. 2. de ecclesiastica*

*Hierarchia. cap. 7. & 8. Ioan. Arboreus lib. 3. Theopha. cap. 21. de compendium concertationum contra Lutherum, artic. 16. Concilium Colonienſe tit. de confessione. Andreas à Vega in Concilio Tridentini defensione libr. 13. cap. 27. eandem conclusionem probant diuus Thomas 3. cap. 27. eandem *art. 5. & quæst. 65. artic. 4. & alij in 4. sentent. dist. 17. Adrianus 4. sentent. in tract. de confessione in princip. & Martinus à Azpilcueta in princip. de penitencia dist. 5. Melchior à Cano in definitione de penitenti. part. 5. vt hinc plane videas in maximum incidisse errorem gloss. in *summa de penitenti. dist. 5.* quam ex nostris plerique secuti sunt, maxime Panorm. in d. cap. omnis vtriusque. nu. 18. ex ea asserentes, confessionem sacramentalem quæ sacerdotibus fit, iure humano institutam esse: quod hæretici, Catholice Ecclesiæ hostibus.**

Conclusio secunda: Confessio hæc sacramentalis, ita à Christo instituta est, vt nullum ei tempus certum definitur: sed id Ecclesiæ sit definitioni relictum. Patet hæc assertio: cum ex solo iure diuino non possit percipi, pro quo tempore præceptum istud de confessione nos obliget, tunc vero obligat, cum Ecclesia definiat. Etenim dici vere non poterit, iure diuino teneri quem ad confessionem iusta anteriorem statim cum peccata commiserit mortalia, vel eorum memoria occurrerit: non equidem teneatur, sed tantum tempore iure diuino, vel humano definito, secundum Thom. & omnes in 4. sentent. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. salutariter qui existimant, confessionem iure diuino, tantum semel in vita faciendam esse: cum impossibile sit semel in vita de omnibus peccatis confiteri propter obliuionem hominum facilem: idcirco integritas confessionis plurimum fraudaretur, cuius illud est proprium, quod omnia peccata mortalia quis confiteatur? Hæc denique certa sunt, licet Innoc. in d. cap. omnis vtriusque & Archid. in c. ille Rex. de penitenti. dist. 3. tenuerint, obligari homines ad statim contentam.

Tertia conclusio: Iure diuino teneatur quis ad mortaliū confessionem in periculo mortis, hæc est communis opinio. Theologorum sententia in d. c. 17. dist. 17. & Hadrian. in tract. de confessione. §. 3. Syluest. verb. confessio. 1. quæst. 2. text. optimus in cap. cum infirmus. de penitenti. & remiss. qua in re oportet aduertere ad hunc effectum, periculum mortis tunc vere dici, quoties frequenter solet mors contingere, & probabilis suspicione timetur: quod arbitrio viri prudentis committendum est. Nam probabilis, & iusta mortis suspicio propter periculum admodum frequens, hanc obligationem ex ratione iuris diuini constituit: vt Palud. in d. dist. 17. Ibi Ioan. Maior. quæst. 2. explicatur. Vrget liquidem eo tempore necessitas expurgandi animam à morbo spirituali, ne eo contaminata exeat à corpore in æternam damnationem.

Quarta conclusio: Iure diuino teneatur quis mortalia peccata sacerdoti confiteri eo tempore, quo velit Euchariſtiam Sacramentum adsumere, nec sufficit ad hoc vera contritio cordis. Hæc constat testimonio Pauli ad *Corinth. 1. cap. 11.* Nam cum is dixerat, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat: subiunxit: Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. quibus verbis expressit, illum indigne manducare, qui prius non se probauerit, atque discusserit. Hanc vero discussionem fieri debere per confessionem istam anteriorem, quæ sacerdotibus fit, multis ostenditur: & primo auctoritate consuetudinis vniuersalis, quæ ab exordio Ecclesiæ Catholice ita fieri obtinuit. Nam & hæc sufficiens exhibet testimonium, auctore diuo Augustino libro 4. de sermone aduersus Donatistas. capit. 23. si quisquam, inquit, in hac auctoritate diuinam querat, quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilij institutum, sed semper retentum est, non nisi Apostolica auctoritate traditum, rectissime traditum. Hanc autem consuetudinem ab initio Ecclesiæ seruauit fuisse, testis est Sozomenus libro 9. histor. tripart. capit. 35. Item diuus Augustinus hanc conclusionem probat in Epistola ad Comitem Iulianum de salutaribus documentis. cap. 37. Quando, inquit, corpus Christi accipere debemus, antea ad confessionem debemus recurrere: si peccata obnoxia in nobis sentierimus: ne cum Iuda proditore diabolum intra nos celantes pereamus. Hæc & alia ad hanc rem infor. quæ maxime huic seruiunt disputationi. Auctor itidem libri de ecclesiasticis dogmatibus siue is fuerit Augustinus: siue Gennadius, cap. 53. quem mortalia, inquit, crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius sacerdotis tituli.

num causa aliquot hic breuiter attingam, quo manifestior fit eorum intellectus.

Est etenim responsum in d. c. quoni in multis. vxorem absque periculo posse communicare cum excommunicato marito. Etenim controuertitur an maritus itidem possit cum vxore excommunicata communicare? & gloss. inibi tenet, non posse maritum cum vxore excommunicata communicare. Idem notat Ioan. Monach. in c. statimus. supra eod. Syluest. post Goffredum, Summam Rosellam & alios in verbo, excommunicatio. 5. not. 2. regia lex. 34. tit. 9. part. 1. ea quidem ratione quod vir facillime possit vxorem inducere, & compellere vt ab excommunicatione recedat. Idem tenet Host. in summa, hoc tit. §. & qua sit pena, vers. lex excusat. quorum sententia mihi non placet. Imo contrariam iure veriorē esse censeo, vt tandem eodem iure maritus communicans excommunicatā vxori, immunis sit à pœna statuta contra communicantes cum excommunicatis. quam sententiā tenebant veteres quidam, vt testatur Host. quos sequuntur Angel. in summa, verb. excommun. 8. quæst. Hadrian. in 3. sent. in tract. de clauibus. quæst. 3. excep. 6. Ioan. Driedo. de libert. Christ. pag. 241. quibus suffragatur ratio à societate, & communione deducta; cum socius possit communicare cum socio excommunicato gloss. in cap. 1. dist. 41. cui similis citat e. si vere. hoc tit. in gloss. penult. igitur & maritus iure societatis conjugalis poterit communicare cum vxore excommunicata: quod & Card. à Turre Cremata probat in d. c. quoni in multis. Nec oberit ratio in contrarium adducta. etenim ex ea opinor maritum grauius peccare, si neglexerit in vxorē iure maritali corrigere, & auertere ab illa cōtumacia, cuius causa fuerit excommunicata: attamen non ex hoc sequitur, priuatum esse communionem, & societatem vxoris excommunicatę, & ideo, cum in iuris pœnas incidere, si eidem communicauerit.

Sic & in cap. si vere. hoc tit. extra. probatur, licitam esse communicationem cum excommunicato, ad exigendum ab ipso debitam pecuniam, aliāve rem quampiam: cum aliqui commodum ex contumacia, & delicto consequeretur excommunicatus ipse, qua in re illud est in controuersia, an valeat cōtractus cum excommunicato factus: & licet prohibita communicatio cum excommunicato maiori excommunicatione, & illicita sit, cōtractus tamen bene valet, & vim habet etiam in utilitatē excommunicati: nec enim in hac specie quidquam agit excommunicatus auctoritate publica, nec ad spiritalia pertinens: sed tamen iure, & auctoritate priuata actū omnino temporalē exequitur. quamobrem hanc opinionem tenuerunt Innocent. & Panor. n. 35. in cap. veritas. de dolo & contum. idem Panor. in cap. ad probandum. col. 2. & ibi Felin. de re iud. Doctor. Communiter in cap. si vere. de sent. excom. Ioan. de Selua in tract. de benef. 3. part. quæst. 4. col. 3. Alfonso à Castro de potestat. legis pontalis, lib. 2. cap. vlt. concl. 2. ad fin. quibus ad stipulatur text. ad hoc celebris in c. felix. de pœnis in 6. §. verum. Et præterea huic opinioni nihil oberit quæ in contrarium adduci solent. Nam hic agimus de actibus extrajudicialibus, & qui priuata auctoritate in temporalibus fiunt: imo matrimonium cōtractum ab excommunicato, & religionis professio ab eo facta tenent, & valent: sicuti & nos in epitome in 4. decret. tradidimus part. 2. cap. 6. num. 3.

Nec communicatio cum excommunicatis propter cōtractus prohibetur, imo cōtractus propter communionis prohibitionem: quæ tamen pœnam habet à iure statutam: quæ satis est asserere ipsos communicantes cum excommunicatis. Ea vero pœna, quod cōtractus sit nullus, nullibi in iure statuta est, nec probatur, idcirco isthac opinio verior apparet: tamen contrariam quidam defendere conentur, præsertim Hostien. in d. c. veritatis. & Fortun. in l. Gallus. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. col. 21.

Postremo illud est adnotandum, non adeo t̄ superstitiose communionem cum excommunicatis interdiciā esse, vt non liceat vilo pacto cum illis communicare. Etenim in his, quæ ad eorum correctionem, & ad salutem animarum pertinent, licitum est, imò pium cum illis communicare: & ad illos quidem inducēdos in viam rectam, & à praua, pessimaque contumacia auertendos, vt tandem eos ad gremium reducamus ecclesiæ, à qua propter eorum demerita sunt eieci. Hoc permittunt leges Pontificiæ in cap. responso. & in cap. cum voluntate. in princ. hoc tit. de sent. excommun. docet Gratianus in cap. cum excommunicat. 11. quæst. 3. ex auctoritate Ildo-

ri, cuius meminit Iuo Carnotensis in lib. 5. de sent. excom. notat Thomas in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. artic. 4. diuus item Augustinus enarrans Psal. 54. sic ait: Diligamus inimicos, corrigamus, castigemus, & excommunicemus, cum dilectione etiam à nobis separatum. Vnde enim quid dicat Apostolus: Si quis autem non absudit verbo vestri per epistolam, hunc notate, & nolite commiseri cum eo. Sed ne subrepti vobis iracundia, & turbet oculum tuum, non inquit vt inimicum eum cum metis, sed corrigite vt fratrem, vt erubescat. à tuo iudicio separationem non pradiat dilectionem. Hac Augustinus, cuius meminit Alfonso à Castro de heres. in verbo, excommunicatio. ad fin. vnde constat non prohiberi cum excommunicatis colloquium, quod ex charitate procedit, & ad charitatem ordinatum, modo sincere fiat, absque cautela & simulatione: nam si quis colloquatur excommunicatum, sciens nihil id colloquium ad salutem conduciturum, simulatione quadam potius, quam animo fraternæ dilectionis, & correctionis, seipsum decipit, nec pœnam iure statutam euadit. Quod in specie notat Ioan. Maior in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. argum. 4. Igitur erga excommunicatos persequere debet diligentia charitatis eos inuitos castigando, & stimulando: quemadmodum de phrenetici, & lethargici nolentes ligari, nec excitari, castigantur, & stimulantur, vt excitentur, & ad sanam mentem redeant, auctore Augustino in Epistola ad Titulum. 167.

§. SECVNDVS.

SVM MARI A.

- 1 Communicatio cum excommunicatis, etiam per epistolam ant nuntium prohibita est.
- 2 Episcopus non potest communicare cum excommunicato, etiam à seipso absolutionem.
- 3 Excommunicatus iure veteri statim vitandus erat, occultis quidem oculis: publicis vero publice.
- 4 Pœna excommunicationis, an sufficiat ad vitandum excommunicatum.
- 5 Excommunicatio, an presumatur in dubio lata ante appellationem.
- 6 Semel excommunicatus presumitur in eadem excommunicatione manere, donec constet de absolutione.
- 7 Expenditur late constitutio, ad vitanda scandala, concilij Basiliens.
- 8 Nominatum excommunicatus, quis dicitur?
- 9 Sententia declaratoria, an sit necessaria in notorijs?
- 10 Messurum solemnē an sint audienda à notorio fornicatore, & concubinario.
- 11 Excommunicati ex constitutione Basiliensi nullam consequuntur utilitatem: illi tamen tenentur ipsi à communione abstinere, & alios vitare, etiam ante denunciationem.
- 12 Concilium mutare non potest ea que sunt iuris diuini vel naturalis, sicut vitandis criminosis excommunicatis.

Deo sane prohibita est t̄ communio cum excommunicatis, vt nec ea licita sit verbo, nec per epistolā, text. optimus, vbi hoc Doct. not. in cap. si aliquis. de sent. excom. gloss. 1. in cap. constitutionem. hoc eodem tit. & lib. vbi Doct. gloss. in Clement. vlt. & ibi præter alios Bonifac. num. 7. eod. tit. Felin. in cap. ego. N. col. 2. de iur. iuran. Iason. in l. 1. in princ. col. 3. ff. de verb. oblig. Dec. in cap. 2. col. 2. de except. quibus ad stipulatur text. in cap. vlt. Ricu. 81. dist. 1. & in cap. vbi periculum. §. nulli. de electio. lib. 2. in l. 1. ff. ad legem Iuliam maiest. quibus in locis constat paria esse quidquam tractari verbo, nuncio, & epistola. qua ratione in hac specie communi omnium sententia receptum est, quod modo expressim adnotabimus.

Hinc profecto satis probatur, Episcopum t̄ non posse licite communicare cum excommunicato, etiam ab eodem, ante formalem absolutionem ab excommunicatione, imò si communicauerit pœna minoris excommunicationis à iure ex ea causa indicta, afficitur. text. & ibi Doct. in cap. cum desideres. de sent. excom. gloss. & ibi Dominic. Francisc. & alij in cap. statimus. hoc tit. & lib. Hostien. & Doct. in cap. super. eod. tit. quorum Opinio Communis est, nec in hoc casu est locus constitutionis in Clem. vltim. eod. tit. vbi constat, Papatū excommunicantem, etiam ex certa scientia cum excommunicato ex hoc minime videri eum absoluisse, nisi expressim dixerit, & voluerit, eum haberi pro absoluto. Etenim hæc posterior illius constitutionis pars in episcopo nequaquam obtinet: qui tenetur in absolutione ab excommunicatione solennem formam iuris seruare, secundam quæ communiter recepta in d. Clement. vltim. Abb. & Felin. post alios in d. c. cum desideres. Fortassis idem erit in episcopo, qui vere absoluit absque forma iuris, licet male faciat eam prætertermittens: iuxta ea, quæ tradentur inferius §. 11. numero 7.

Quo autem tempore sit vitandus excommunicatus, plerique dubitant: nos vero iure veteri Pontificio hanc constitutum vnicam conclusionem. Excommunicatus vitandus est, statim quod constat, eum esse excommunicatum.

nunciat. idcirco in hac quaestione communis sententia in hunc sensum est accipienda: vt explicant Rota antiqua 318. Dec. in dict. c. super eo. col. 1. & 2. premittuntque idem Panorm. & alij in d. c. cum tu. quod si hac vera sunt, tunc demum praesumptioni, de qua opinio communis agit, locus erit, cum pares sint super hac re probationes de eadem quidem excommunicatione, & itidem de eadem certaue appellatione: propter responsum & interpretationem Romani Pontificis in d. c. cum tu. in quo Canonice allegantes, excommunicationem post appellationem latam fuisse, satis hoc probasse videtur per testes idoneos, licet e contrario probatum fuerit, appellationem propositam fuisse post excommunicationem. Quibus illud addere non praetermittemus, quod excommunicatio lata ante appellationem valet, & ligat, nec reuocatur attentatorum remedio, etiam si lata sit intra terminum datum ad appellandum, gloss. in verb. appellatum in cap. venerabilib. §. porro. isto tit. cuius opinionem contra Ioan. Mona. fatentur communem esse Dominic. & Franc. ibi. & eam sequitur Fel. in c. quo ad consultationem. de re iudic. num. 26. quod est maxime obseruandum ad limitationem text. in canon. solum. de appellat. isto lib. quia excommunicatio vel statim tenet, vel est nulla: nec pedit ab appellatione proponenda, si simpliciter lata fuerit.

Hac profecto hoc in loco ea ratione tradidimus, vt constet quo ad euitacionem excommunicati sufficere famam publicam absque alio quidem adminiculo: quod in d. c. cum desideres. in dict. cap. illud. satis probatur: & id magis communis sententia receptum est. non enim agitur de graui prauidicio. Quod si ageretur de puniendis his, qui excommunicatum non vitauerint, aut de poena ipsius excommunicati, qui se immiscuit diuinis, procul dubio non sufficeret excommunicationis probatio per publicam famam. tex. opt. in d. cap. illud. notant Fel. in c. cum contingat. col. 3. de rescript. idem in d. cap. cum desideres. col. 1. & in d. ca. cum tu. col. vii. Anton. in cap. veniens. col. vii. de testib. in 1. Dec. in cap. 1. de appellat. col. pen. tex. ad idem ling. in cap. 1. de except. isto lib. cuius statim in §. seq. mentionem facimus. Hi ergo auctores, qui voluerunt, famam solam, etiam publica sit, non sufficere ad probandam excommunicationem, admittendi non sunt quo ad effectum vitandi excommunicatum, quae quidem vitatio modicum infert prauidicium, & praeterea in dubio cautiore est. Eorum vero sententia vera erit, si tractetur de poena inferenda his, qui communicarunt cum excommunicato, vel ipsimet excommunicato, qui se diuinis officijs minime abstinuerit aut tandem de alio graui prauidicio, quod ex praemissis constat. Idcirco cum interdictum ecclesiasticum maximum inferat prauidicium populo Christiano: non erit id obseruandum propter solam famam, nisi alijs coadiuuetur adminiculis. quod probatur in cap. 1. de postulat. praeclar. vbi hoc ipsum notat Dec. num. 27. licet Abb. & Barb. ibi simpliciter plurimum tribuentes famae, contrarium voluerint.

6 Verum si constiterit, si semel quem excommunicatum fuisse, praesumendum est eum adhuc in eadem esse excommunicatione, donec appareat, eum absolutum esse: etenim ex eo, quod allegatur Petrum excommunicatum nunc esse, & probetur excommunicatum fuisse, praesumitur adhuc in eadem manere excommunicatione, cap. sicut nobis. & ibi Abb. de sent. excomm. gloss. insignis in cap. propositum de cleric. excomm. min. str. vbi Abbas & Doctor. eam Communi consensu sequuntur. not. Rota in antiq. 238. Anchar. consil. 64. Fel. in cap. scribam. n. 3. de praesumpt. Euerardus loco a tempore ad tempus. cap. 42. Andr. Alciat. de praesump. regul. 2. praesumpt. 6. qui tamen hanc opinionem intelligit in excommunicatione lata simpliciter. Nam si ea conditionalis sit, non obtinet hac praesumptio: potuit enim qui excommunicatur pendente conditione satisfacisse, quod ita tenuerunt Innoc. in c. super his. de accusat. Abb. in d. cap. propositum. & Rota in nouis. 444. Imo & praeter istum casum, etiam si excommunicatio non sit conditionalis, sed simplex, nihilominus quoad communicantes cum eo praesumitur absolutus, si communi opinione existimatur iam absolutus, & liber ab excommunicatione. Item vbi esset elapsum a tempore excommunicationis aliquod tempus ita longum, vt attenda qualitate personae, praesumendum arbitrio boni viri sit, eum iam absolutum fuisse, & ad gremium ecclesiae rediisse: secundum Abb. & Doctores in d. cap. propositum. vnde inspecta integritate illius, qui olim fuerit excommunicatus, eiusque propriae spiritualis salutis cura, & sollicitudine, liceret cum eo communicare, absque vilo criminis & poenae periculo: vt expresse docent Henricus in dict. cap. cum de-

deseres. & Syluest. in verb. excommunicat. col. 5. dubio 17. Has autem veterum concertaciones in ea quaestione, quando sit excommunicatus vitandus, dirimere cupiens synodus Basiliensis, in hunc sane modum statuit sessione 20. vndecimo Calendas Februarij, Anno Domini 1455.

Ad vitandum scandala, & multa pericula, subuenientiumque conscientijs timoratis, statuit etiam, quod nemo deinceps a communione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis vel extra, praetextu cuiuscunque sententiae, aut censurae ecclesiasticae, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab homine, vel a iure generaliter promulgatae, teneatur abstinere, vel aliquem vitare aut interdictum ecclesiasticum obsequare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, vniuersitatem, aut locum certum, aut certam a iudice publicata, vel denunciata specialiter & expresse, aut si aliqua ita notorie excommunicationis sententia constituerit incidisse, quod nulla tergiversatione possit celari, aut aliquo modo iuxta canonicas functiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo reuelare, nec in eis quomodolibet suffragari. Hactenus synodus Basiliensis ante eius dissolutionem, vt auctor est Flor. 3. part. tit. 25. cap. 3. huiusque decreti iuxta hanc seriem meminere pragmatica sancto Gallicana, tit. de non vitandis excomm. in princ. Panorm. in Clem. 2. de sent. excomm. Nicol. in supplemento Pisanella. in verbo, clericus. 3. in fin. eandem literam agnoscere videtur Fel. in cap. ad probandum. col. pen. de re iudic.

Quidam vero ex concilio Constantiensi eandem constitutionem referunt paululum mutata litera quo ad eius secundam partem, ita quidem exceptionem a regula priori exponunt: saluo si quem pro sacrilega manu iniectione in clericum sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo iuris suffragio excusari. Haec sane est sententia praecitatae constitutionis: quemadmodum citat retulere Florent. in d. cap. 3. & idem in tractat. de censuris. cap. 8. Fel. in cap. cum non ab homine de sent. excomm. idem in cap. Rodolphus de rescript. col. pen. Syluest. in verbo, excommunicat. 5. quest. 3. Ioan. Driedo de libere. Christianum. pag. 88. Maior in 4. sent. dist. 18. quest. 3. Caietan. in summa. in verbo, excommunicatio minor. §. in 2. quest. 12. art. vii. Dec. in cap. 2. de except. col. 2. Haereticus in 4. sent. tractat. de confessione. quest. 9. rursus in tract. de Eucharistia. quest. vii. in cap. oritur. quest. idem Hadrian. in materia de clauibus. quest. 3. quo in loco etiam meminit Basiliensis decreti secundum eam lectionem, quam nos adduximus. Ex quibus satis apparet maximum discrimen inter has praedictae constitutionis literae diuersas lectiones. Etenim ex Constantiensi apertissime probatur, non omnem notorie excommunicatum ante denunciationem vitandum fore, sed eum tantum, qui ex causae iniectionis manuum in clericum omnino notorie sit excommunicatus. At ex Basiliensi concilio constat, quamlibet omnino notorie excommunicatum ante denunciationem vitandum esse. Tandem Fel. in d. c. Rodolphus. col. vii. dubium est hac in re ea quidem ex causa, quod non legerat, nec viderat acta concilii Basiliensis: & tamen in hanc inclinans sententiam, vt existimet, concilii Basiliensis literam, vt posteriori obseruandam esse, quod & Syluester apertius fatetur. Eandem concilii Basiliensis constitutionem refert Martinus Azpilcueta in cap. 1. §. laborer. de poenit. dist. 6. num. 10. etiam si meminerit alterius literae, quae citatur ex Constantiensi synodo. Ego vero etsi saepissime per legerim acta, & Canones concilii Constantiensis, nusquam tamen hanc constitutionem potui reperire: atque ideo opinor fuisse a Martino Quinto tempore eiusdem concilii conditam absque ipsius concilii Decreto. Deinde video apud acta concilii Basiliensis legi, & contineri eandem constitutionem iuxta sensum, & lectionem paulo ante notatam: cui standum esse censere dubio procul, nisi a tot auctoribus iuxta sensum alteri hac ipsa constitutio foret sapissime citata: & nihilominus minime audeam a Basiliensi constitutione discedere: cum ea posterior sit, & quae in illa synodo, & Constantiensi facta fuerunt circa damnationem quorundam articulorum haereticorum, & causas beneficiale, ac censuras, approbata fuerint Apostolica auctoritate, sicuti apparet ex bullis Martini V. & Nicolai V. Roman. Pontif. quae quidem approbationes in ipso conciliorum Codice continentur.

Et omnibus his deducitur per hanc constitutionem, vbi dicitur ea legatur, tolli, & corrigi distinctionem text. in c. cum non ab homine. de sent. excomm. quo expressim probatur, excommunicatum publicum, publice vitandum, excommunicatum occultum, & secreto: Etenim etiam secretum vitandus non est excommunicatus occultus, & secretus, quod in dicta constitutione ad sedandas proborum virorum conscientias statutum est.

Secundo deducitur ab eodem decreto, non esse vitandum ante denunciationem excommunicatum, cuius excommunicatio duobus etiam testibus probari possit, nec communicatio publicum, atque ideo probatur opinio Innocentii, quod paulo ante mentionem fecimus. §. isto versic. quid auctoritas de excommunicato. Nam non tenemur vitare excommunicatum ante denunciationem, etiam si probare duobus testibus possimus excommunicationem. Atque ideo tollitur opinio contraria Panorm. Henrici, & Felini. in d. c. cum desideres.

Tertio hinc constat non sufficere famam publicam, vt tenemur vitare excommunicatum ante denunciationem: non enim tenemur eos vitare, quamuis adsit fama publica excommunicationis, Idcirco tollitur responsio text. in d. c. cum desideres. 2. eius parte, de qua modo disputauimus.

Quarto ex eadem constitutione ipse infero, non esse vitandum excommunicatum ante denunciationem, etiam si specialiter, & nominatim sit excommunicatus, & mihi de ea excommunicatione constiterit, hoc probatur: quia eadem constitutio Basiliensis concilii exigit denunciationem excommunicationis, etiam si certa sit excommunicatio. & praeerea vltus, atque communis interpretatio Christiani orbis in hunc sensum accepit praedictam institutionem: idcirco idem erit dicendum in eo, qui nominatim fuerit excommunicatus, vt is necessario vitandus minime sit, nisi post denunciationem, quod expressim notat Chosim. in pragmatice Gallicanae. tit. de excommunicato non vitand. in verbo, generaliter. cui subscribit egregius Doctor Martinus Azpilcueta in 4. labor. sum. 22. tamen Hadrian. in 4. sent. tract. de sacramento Eucharistiae. c. r. de impedimentis. versic. quantum ad tertium. in tract. de confessione. dub. 9. tenet contrarium: existimans excommunicatum nominatim & specialiter, vitandum esse ab eo qui scientiam excommunicationis habuerit, iuxta distinctionem text. in d. c. cum non ab homine. Etiam ante denunciationem. Cuius opinionis ea est ratio, quod constitutio Basiliensis concilii tantum restringat vetera iura quoad excommunicatum generaliter, nec quicquam mutauerit quod ad nominatim & specialiter excommunicationem affectu. Et quia fortassis quibuldam haec Hadriani sententia placebit, oportet exponere, quis dicatur nominatim excommunicatus. Nam & Ioan. Medina in C. de penit. tract. 2. cap. de confessione confessori excommunicato facta. idem quod Hadrian. tenet licet suspicetur, contrariam sententiam consuetudine receptam esse. Et Bernard. in c. a nobis. in 1. de sent. excomm. asserit, eum dici nominatim excommunicatum, qui fecerit aliquid contra canonem ita excommunicationem decernente: Quisquis hoc fecerit sit excommunicatus. Etenim si constiterit, Petrum actum hunc prohibuit fecisse, erit nominatim excommunicatus, quae quidem conclusio nec vera est, nec probatur in locis per gloss. adductis: atque ideo frequentiori doctorum suffragio improbat, est ergo, & dicitur ille nominatim excommunicatus, qui hac notatur censura, expresso nomine proprio, aut aliquot appositis signis, quae certe, & absque illo dubio eum, qui excommunicatur significent, & demonstrent. text. opt. in laonominatim. ff. de cond. & demon. l. i. §. 2. ff. de lib. & postum. §. nominatim. in ff. de exhered. lib. ex quibus hanc opin. adnotarunt gl. in c. cum & plan. are. §. excommunicato. de prim. in c. constitutionem hoc tit. & lib. gloss. in Clem. t. in verbo. nominatim de vita & honeste cler. quas Dd. communi consensu probant, & sequuntur inibi. & Panorm. in cap. Lateranensis. de prob. Card. in d. Clem. t. q. 7. idem in Clem. de sepult. Aret. post alios. in l. 1. & Soe. in l. 2. ff. de lib. & postum. Chosim in pragmatice Gallicanae. tit. de excommunicato non vitand. in ver. expresse. quorum sententia ea ratione constat, quantum ad hunc tractatum, quem modo explicamus, quia tantum hic requiritur, quod nominatim fiat excommunicatio ad certitudinem illius, qui excommunicatur. Quod si ad substantiam, & formam exigatur nominatim aliquid fieri in substantia, signa aliquot adscribi omnino nomine proprio, quae certum constituent eum, in quo actus dirigitur, tradunt Lal. Aret. & Soc. d. l. 1. §. 2. post alios. ff. de lib. & postum. Abb. in d. c. in l. 1. §. 1. in l. si vna. C. de reuoc. don. in ver. reuertatur. n. 234.

Quinto perpenfa aliter concilij Basiliensis colligitur, notorie excommunicatu ita, vt nulla possit tergiverfatione celari aut excufari, vitandū omnino esse, quod manifeste probatur in eadē constitutione, qua quidem partim sustinetur quod veteri iure statutū est in d. c. cum non ab homine. siquidem ex eo etiam ante denunciationem vitandus est secreto. & publice is, qui publice & notorie sit excommunicatus. Etenim iure concilij Basiliensis ea conclusio obtinebit, cum ita notoria fuerit excommunicatio, quod nulla possit excusatio suffragari. Huic interpretationi conuenit quod Felin. tradit in d. cap. Rodolphus. de rescriptis. nu. 37. post Panorm. in cap. cum non ab homine. de iudic. colum. 1. 2. versic. sed certe subtiliter. & Domin. in cap. cum secundum leges de heret. in 6. nempe nullam sententiam declarationis requiri, aut necessariam fore, vbi quid notorium ita sit, quod nullam excusationem habeat, nec possit vlla tergiverfatione celari. licet alioqui declaratio necessaria sit vbi cunq; pena aliqua, etiam ipso iure pro aliquo crimine infligitur. cap. cum secundum leges. de heret. isto lib. leius qui delatorem. vbi Bartolus ff. de iure iuris. Ancharanus in Clem. vnica. notab. 6. de poenis. Gulielmus à Monte Laudano in c. vnico. supra. de vita & honestate clericorum. Felin. in cap. 2. colum. 1. §. 2. de sponsalibus. Abbas in consil. 68. lib. 2. Franc. in c. vltim. col. pen. de confess. in 6. huius etenim in locis frequentissimo omnium consensu receptum est, regulariter sententia in poenis ipso etiam iure statutis requiri, quae declarationem inducat. & tamen eam non esse necessariam, vbi crimen ita notorium sit, quod nulla possit obregi, aut celari tergiverfatione, adnotarunt Panormitanus, Dominicus, & alij modo expressim citati. & idē Panormitanus in eum Vintoniensis. de electione. col. vltima. Sed haec consideratio non omnino congruit huic materiae: siquidem ante concilium Basiliense ad euitationem publicā excommunicati, satis erat sufficiens ipsa publica excommunicatio, licet non foret ita notoria, quod nulla tergiverfatione celari possit: & ad occulta, sufficeret item occulta excommunicationis scientia: licet probatur in dict. c. cum non ab homine. de sentent. excommunicati. nec obert textus in c. peruenit. t. de appellat. vbi denunciatio necessaria videtur aduersus notorium percussorem clericum, quia inibi tantū agitur de quaestione, an non obitate appellatione sit declarandus, & denunciatus notorius percussor clericus? & responsum est à Romano Pōtifice, quod non obitate appellatione, quae in ea specie friuola est, iudex procedat ad declarationem, & denunciationem notorij percussoris clericum, quin & praeter ista, opinio Panormitani & Felini tunc vera erit, cum iudex executionis, sit etiam iudex competens ad cognitionem ipsius causae: tunc etenim non erit necessaria sententia declarationis, si ita notorium sit crimen, quod nulla valeat excufari ratione: sed poterit executio fieri absque declaratione: at si iudex, qui executurus poenam est, non sit iudex competens causae cognitionis, profecto etiam in notoriis omnino erit necessaria declaratio illius iudicis, qui de re principali iure cognoscere poterat: quod notant Dominic. in consil. 136. col. vlt. & Alberic. in rubr. de heret. quest. 13. n. 43. & 46. ipse vero adhuc indistincte potius, admittere eam opinionem, quae declarationem requirit ad executionem poenae, etiam ipso iure impositae, etiam si notorium crimen sit, & itidem eius auctor: quod praxis recepisse videtur: & plurimum probat textus in dict. cap. peruenit. & ca. in ver. dilecto: de excessu prelat. atque ita aduersus Felinū & alios tenet Hippol. in rubr. C. de probatio. n. 226. Caietanus in 2. q. 12. art. 2. & Syluest. in verbo. Assesimus in sine. quibus addi poterit, etiam ante declarationem posse ferri beneficium ecclesiasticum tanquam ipso iure iam vacans: licet non possit possessio auferri ab ipso possidente, donec lata sit sententia declaratoria, secundum Francisc. de Ripa id. c. sape de rescriptis. spoliat. col. pen. cuius sententia erit obseruanda ad interpretationem text. in cap. 1. de homicid. isto libro.

Superest igitur, quoad excommunicati euitationem, notiam esse constitutionem istam concilij Basiliensis ad exceptionem notorij excommunicati, in hoc equidem sensu, si praemittamus Martinū V. iam olim tempore Constantiensis synodi, tatum excepisse notorium clericum percussorem, quod si vetera iura obseruanda forent, maxime his conueniens est simplex, ac generalis exceptio notorie excommunicati: tamen ea non admodum conuenient fini, in quem ista constitutio dirigitur: nempe ad vitanda scandala, & sedandas proborum virorum conscientias. Idcirco magis recepta est in Christiano orbe Martini V. & Constantiensis constitutio. Illud vero est adnotandum, etiam con-



stitutionem Basiliensis concilij in exceptione notorie excommunicati, maxime differre à veteri iure. Nam secundum vetera iura tatis erat, aliq̄ esse notorio excommunicatum eo modo, quo aliquid dicitur notorium iuris, scilicet per confessionem, per sententiam, & similia argumenta. *cap. vestra. de cohabit. cler. & mulier.* At iuxta constitutionē Basiliensē est necessarium, quod sit notorius excommunicatus per operis evidentiam, ita ut nulla possit tergiversatione celari: quod explicat Chosmas in *pragm. sanct. in tit. de excomm. non vi. and. in verb. suspensionis.*

Sexto, ex eisdem constitutionibus poterit tolli anxiam quendam qua fito, quae plerisque torquet. Etenim iure cautum est, non esse audiendam missarum solennia, cum ea celebrantur à presbyteris notorie fornicariis & concubinam habentibus. *c. nullus. c. prater. 32. dist. vbi Doct. cap. vi. & cap. vestra. de cohabit. cler. & mulier. gloss. in cap. de homine. de celeb. miss. Henric. in c. si celebrat. col. 5. de cler. excomm. ministr. Theologi in 4. sent. dist. 13. vbi Gabriel. quest. 1. d. dubio 4. Card. a Turre Crema. in d. c. nullus. nec item sacramentum poenitentiae accipere ab eisdem per confessionem sacramentalem. Hoc liquidem verum est iuxta praedictarum constitutionum declarationem: tunc demum, quando hic notorie fornicarius fuerit denunciatus, vel in aliquo casu excepto in dictis Martini V. & concilij Basiliensis Canonibus: quorum paulò ante mentionem fecimus. ex quibus ita hanc controuersia definiendam esse censent Chosmas in d. verbo, suspensionis. Florent. 2. part. tit. 9. c. 10. §. vlt. Ioan. Maior. in 4. dist. 9. d. dubio vlt. Syluest. in verb. Miss. in 2. quest. 3. Hadrian. in 4. sent. tract. de Eucharistia. quest. pen. & in tract. de confessione. quest. 9. Martinus ab Azpilueua in c. 1. §. laborez. 2. colum. de poenit. d. distinct. 6.*

Postremo non est praetermittendum quod in eadem constitutione Basiliensis concilij *part. vlt. cit. statutum*: nempe per eam declarationem nullum ius ipsi excommunicatis tribui, nec concedi: imò ipsi iuxta veteres Canonicas sanctiones, etiam ante denunciationem tenentur abstinere ab his, quae excommunicatis sunt interdicta eodem modo, quo ante eandem constitutionem tenebantur. Iure autem Pontificio excommunicati, etiam ante denunciationem, regulariter abstinere debent à communione fidelium, quae & aliis cum eisdem excommunicatis est interdicta. Nam & grauius peccatum est excommunicato, si alios non vitauerit, quam alius, si eum non fegerint, & ab eius communione abstinuerint. Magis etiam obligatur excommunicatus ad vitandum alios, quam alii ad vitandum illum. ipse siquidem excommunicatus propter proprium delictum, & in poenam illius obligatur ad vitandum alios. alii vero non in poenam sui delicti, sed in poenam ipsius excommunicati tenentur vitare illum. Vnde sequitur, quod magis peccat excommunicatus communicando alius, quam alii communicando illi. *ext. optimus in c. illud. de cleric. excomm. ministr. gloss. celebris in c. quoniam. 11. quest. 3. quae asserit, excommunicatū communicando personis sibi subiectis mortaliter peccare, licet illae communicando ipsi non peccent. Est tamen illius gloss. conclusio in eum accipienda sensum, quem superius exposuimus in §. praeced. num. 8. scilicet, maritum non posse nec patrē communicare uxori, aut filio excommunicatis: quamuis hi absque vllò crimine communicare valeant marito, & parenti excommunicatis. Nec gloss. vlt. quae sensit, grauius peccare parentem excommunicatum communicando filiis non excommunicatis, quam ipsi filii, si liberi ab hac censura parenti excommunicato communicauerint, qui tamen in hoc nullam culpam ex communione contraxere. rursus in d. c. illud. Papatum scribit, multo magis periculosum existere excommunicato, non vitare, quam non vitari: quia non vitare, cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest: sed cum ex aliis pendat, sine suo delicto poterit non vitari. quibus sane verbis constat, excommunicatum delinquere, si ipse minime abstinerit à fidelium communione, cum in hoc dignus culpa sit: at si ab aliis non vitetur, nullo posse notari crimine: siquidem absque eius culpa poterit ab aliis non vitari. Ex his vero minime colligitur, grauius peccare excommunicatum, si alios non vitauerit, quam alii si eum non fegerint. Haec obiter adnotauimus, existimantes nihilominus, excommunicatum regulariter peccare, si se communioni fidelium, qua interdictus est, etiam ante denunciationem immiscuerit: quod in cap. illud. satis probatur, vbi gloss. & Doct. Quamobrem cum per Basiliensē concilium nullum detur*

ipsi excommunicato patrocinium, manifestum sit, ipsam teneri, ut iure veteri tenebatur, etiam nunc ante denunciationem abstinere ab ea communione fidelium, qua interdictus est iure, ea quidem lege, qua & alij ante Basiliensē concilium ipsum vitare tenebantur. Ipse vero excommunicatus iure tenetur abstinere à communione fidelium, & diuinis, sicuti post alios tenent Panor. in d. c. illud. & in c. nullus. de sen. excomm. Syluest. in verb. excommunicatio. 3. quest. 5. qui pressim hanc interpretationem concilio Basiliensi, vel Constantiensis aptissimam esse opinatur, ut excommunicatus etiam occulte teneatur à communione fidelium, & à diuinis abstinere ante denunciationem, cuius opinio mihi satis placet, modo illud obferuetur, quandoque excommunicatus, nondum denunciatus minime teneri à communione fidelium abstinere, si ex hoc occultum eius crimen, & occultam excommunicationem proderet grauius, cum scandalo. quod licet Syluest. refragetur, ipse admitterem quoad communionem fidelium, quae non pertinet ad Sacramentorum perceptionem. Non etenim censetur etiam occultum excommunicatum posse diuina missarum solennia celebrare, aut Sacramenta percipere. Nam si occultus sit, siue publicus excommunicatus, ipso iure prohibetur Sacramenta percipere, ac missarum solennia celebrare: sicuti inferius trademus. Vnde nulla expectata denunciatione tenetur omnino abstinere, etiam omnino occultus, à diuinis Sacramentis percipiendis praesertim cum hac poena, quae excommunicationis causa iure indicitur, occultissimum criminis auctorē efficiat. Nec recte Sacramenta conferri possunt his, qui ea percipere vetantur, licet causa occultissima sit, quae ipsos indignos efficiat.

Quamobrem quod plerique adnotarunt, nempe occulte excommunicatū minime teneri, nec obligari ad se subtrahendum à communione aliorum, cum is absque graui scandalo, & sui prodicione ab aliorum communione abstinere non potest: ita sane visum est his, quorum Syluest. meminit, & Alfonso à Castro *lib. 2. de potest. leg. penal. cap. vlt. conclus. 2.* & Martino ab Azpilueua in *dict. cap. 1. §. laborez. in fine de poenit. d. distinct. 6.* fortassis erit intellegendum quoad communionem fidelium quae extra sacramentorum perceptionem contingit: & id ratione scaudali vitandi. Cuius equidem ratio prudentis viri arbitrio praeprehenda sit prohibitioni huius communionis cum excommunicato. Attamen circa sacramentorum perceptionem, non video, quo iure ob scandalum euitandum permittendum sit, quod excommunicatus utunque occultus sacramentis percipiendis se immisceret absque grauius peccato, & poenis humani iuris impune possit. Idcirco Syluest. sententiam quo ad illum sensum ipse libenter sequor, praesertim his animaduertis, quae de scandalo diximus in *reg. peccat. in prim. de reg. iur.*

His accedit quod Adrian. in 4. sent. in tract. de casu quest. 1. scribens, non esse sacramenta conferenda excommunicatis etiam ante denunciationem, etiam post Constantiensē decretum, licet non sint ipsi excommunicati vitandi prius quam denuncientur. Huius sententiae ratio verissima est, quia iure naturali, & diuino tenemur non dare sacramenta excommunicatis: atque ipsi tenentur ab eorum perceptione eodem iure abstinere. quemadmodum satis manifestum est, cum excommunicati sint ab vnione fidelium Ecclesiastica auctoritate segregati. Idcirco sanctum canonicis datum non est. *Matth. cap. 8. Nolite sanctam dare canibus.* Constituto autem Basiliensē concilij nec voluit, nec potuit mutare quod erat iuris diuini, aut naturalis iuris: sed per vitandis criminosis excommunicatis, & his, qui ab Ecclesia Catholica mystico corpore sunt separati, vt scribit Ioan. Driedo. *de liberi. Christi. pag. 89.* & sensit Hadrian. in d. 4. 3.

§. TERTIVS.

SVM M A R I A.

- 1 Excommunicatio an probetur per denunciationem, vel litera denunciatio-
ris? & ibi intellet. cap. p. de exception. in 6.
- 2 A consequenti dicitur antecedens, cum antecedens sit necessarium.
- 3 Inuenerunt supplementum an habeat locum in probatione excommuni-
cationis.
- 4 Excommunicatus in una prouincia, ubique vitandus est.
- 5 Communicans cum excommunicato regulariter minori excommunicatio-
ne, quandoque maiori à iure efficitur.
- 6 Intellectus cap. significati. de sentent. excommuni.

In illis casibus cap. super. §. cap. si concubina de sen. excom.
 1. Excommunicatio lata in communicante cum excommunicato non preiudicat nisi incommunicabilis, est nulla ipso iure.
 2. Communicatio potest, et tenetur dicere bonas canonicas ratione sacri ordinis.
 3. Communicatio potest, et tenetur dicere bonas canonicas ratione sacri ordinis.
 4. Communicatio cum excommunicato per metum, an excusetur a culpa, et pena utriusque iuris late expenditur vera interpretatio et scriptura de his, quae si, metumque casus fuerit.
 5. Absentia ab excommunicato potens, non videtur eum communionem habere.
 6. Metus mortis non tollit malitiam actus, quem quis metu coactus facit.
 7. Peccandum non est, si evitetur mors.

CAETERUM si quis exacte observaverit quae in praecedenti paragrafo dicta fuere, plane comperiet plurimum inducere denunciationem ad probationem excommunicationis: atque inde fit per literas, quae appellantur denunciationes, excommunicationem probari. gloss. sing. in cap. licet, ubi dicitur, cuius opin. probatur per locum a consequenti: si quidem ad consequenti vero constat, & colligitur antecedens. l. illud. ff. de acquir. heredit. 2. & ibi Cal. C. de dotis promiss. notum cap. ex part. Cod. de sponsal. Sed denunciatio praemittit excommunicationem, igitur per denunciationis literas ipsa excommunicatio constat. cap. pastoralis. §. verum de appellat. vbi Deci. indistincte tenet hanc opinionem. gloss. Eius vero argumentatio non omnino convincit, huius assertiois certitudinem esse apertissimam. etenim ad consequenti tunc deducitur antecedens, cum antecedens sit necessarium, & semper contingens. Quod si antecedens non sit omnino necessarium, nec semper contingens, argumentatio minime est sufficiens, nec certa: sicuti omnes ea tractantes frequentissime docent: sic etenim, licet denunciatio preterquam, & levisime fiat post excommunicationem, attamen fieri potest, & sit quandoque, quod ea contingat iniuste nulla praecedente excommunicatione: textus optimus in dicto capitulo licet. quamobrem idem Deci. in cap. prudentiam. §. sexta. de offe. deleg. colum. penultim. post Barb. ibi: & Roman. in l. i. princ. ff. de non oper. nunc. existimat, per denunciationem nulloquam probari excommunicationem, saltem, quo ad excludendum quem ad iudicio, & a similibus actibus: cuius opinio in cap. pia. de excep. in 6. maximam auctoritatem habet: cum inibi statutum sit, excommunicacionem probadam fore apertissimis documentis, ut excommunicatus ea ex causa ab agendo & iudicio repellatur. unde quibusdam visum est, non satis probatam esse quo ad hunc effectum excommunicationem per unum testem, & famam, atque ita censent Anton. in cap. veniens. in l. colun. ult. de testib. Decius in cap. de appellat. num. 23. idem Deci. in cap. i. de postulat. prelat. num. 27. Roman. in singular. 198. Speculat. in de notorio crimine. §. fama. versic. quid si agenti. Iason in l. admonendi. in repet. num. 284. ff. de iur. iur. Hippo. in rubr. C. de probat. num. 7. Felin. in rubr. de probat. num. 4. Ioan. Andre. & Domin. in dict. cap. i. de excep. in 6. & de fama sola idem adnotantur Abbi & Deci. in dict. §. sexta. colum. ultim. quicquid ibi dicitur Felin. nos item hoc explicuimus in §. praecedenti, nu. 5. sic, licet alioqui habenti unum testem, deferatur iuramentum ad suppleendam probationem: non poterit hoc fieri ad probandam excommunicationem, ut actor ad iudicio reiciatur, secundum Rom. in sing. 197. Ioan. Andr. Domi. & alii in d. ca. Iason. d. l. admonendi. num. 284. Felin. in d. rubr. de probat. num. 4. & Hippol. in eadem rubr. C. de probat. num. 7. gl. insignis in l. non est verisimile. ff. quod metus caus. in verb. praesumptio. quam latissime explicat Ioannes Baptista in dict. leg. admonendi. colum. 57. Quod si verum est, famam, & unum testem minime probate communicationem ad hoc, ut quis propter eam a iudicio repellatur, nec posse iuramentum deferri habenti unum testem: profecto Romani, & sequacium opinio satis defendi poterit. Ego vero duo, vel tria in hac questione notanda esse censeo. Primum communi fere omnium sententia receptum est, excommunicationem alicui obiecta vi exceptionis peremptoriae ad graue quidem praedictum, & quaquam probari per denunciationem: oppositam autem in vim dilatoriae ad repellendum quem ad iudicio probari quidem per denunciationem, hanc distinctionem sequuntur Rota in nouis 252 Roman. consil. 349. Dominicus in cap. i. §. 2. de excep. lib. 6. & ibi Doctor. Francus in dicto capitulo. Chofmal. in pragmat. Sanctione, titul. de excommunicat. non cui, ubi in verb. denunciata. Abb. & alij in dict. cap. prudentiam. §. sexta. vbi Deci. asseruerat, hanc Opinionem Communem esse, quae rationem habet ex eo, quod iuxta consuetudinem totius Christiani orbis constitutissimum sit, neminem denunciari, nisi primum fuerit solenniter excommunicatus, & licet possit contingere, inique aliquem denunciari non pra-

missa excommunicatione, id rarissimum est; nec tollit a frequentiori vtilitatem praesumptionem, quae argumentum inducit saltem ubi non agitur de grauissimo praedictio, excommunicationem praecessisse. Secundo erit hac in controuersia non praetermittendum, potioram esse quo ad excommunicationis probationem, praesumptionem, quae oritur ex literis denunciatoriis, & ex ipsa denunciatio, quam ex fama, & simul vno teste: vel vno teste, & litigantis iuramento. quod probatur ex litera Constantiensis, & Basiliensis concilii: quorum constitutio paulo ante commemorata satis ostendit plurimum tribuendum fore denunciatio, excommunicationis, ut quis sit omnino vitandus. etenim minime vitandus erit secundum decretum Basiliensis concilii is, qui vere fuerit excommunicatus: & tamen videmus quotidie vitari eum, quem constat denunciatum fuisse, licet de excommunicatione vere non constiterit alia probatione, quam ipsius denunciatio praesumptione. Tertium, quod hic considerandum est, pertinet ad intellectum text. in dict. capitulo. 1. de excep. libro 6. siquidem opinatur secuti communem sententiam ad effectum repellendi quem a iudicio, satis probari excommunicationem per denunciatio: tamen si nec probetur vno teste, & fama: nec item sit deferendum iuramentum habenti super ea re vnicuique testem ad suppleendam probationem, quae quidem resolutio deducitur optime ex his quae proxime tradita fuere.

Quaeritur tandem opportune, an excommunicatus in vna ciuitate, nempe a iudice Ecclesiastico vnius provinciae, sit vbique locorum vitandus? & videtur sane certi iuris esse, quod sit vbique vitandus. Excommunicatio etenim afficit animam, & sequitur excommunicatum, ut lepra leprosum. capitulo cito iurpem. i. questione 1. ex Ambrosio in commentariis ad cap. 4. Luca, hoc ipsum probatur in canonibus Apostolorum, capite 13. & 16. & in concilio Arelatenfi 2. canone 8. textus ad idem in capitulo cum & plantare. §. 1. de privileg. vbi Abb. idem Abb. & Felinus in capitulo. 1. de treuga & pace. gloss. in cap. si quis presbyter. 7. questione 1. gloss. in capitulo. pastoralis. §. verum de appellat. gloss. in capitulo. officij de sentent. excommunicatione & ibi Felin. gloss. in capitulo. quisquis 4. questione 3. Cardinal. in Clement. 1. in verbo, ipius. de penit. Abbas in capitulo. ad nostram. in 3. colum. 3. de iure iurand. Innocentius in capitulo. inquisitioni. de sentent. excommunicat. quem inibi sequuntur Doctores, & in capitulo. cum non ab homine. eodem titulo. praefertim Abbas & Felin. quae quidem Opinio Communis est, ut asseruerat Martinus ab Azpilcueta in capitulo. inter verba. 11. questione. 3. covollatio 67. idem probat Ioannes Maior. in 4. sentent. distinct. 18. questione. 8. addit tamen, hoc procedere iure humano, non diuino: ad quod discedit ibi, questione 11. articulo 3. Iacob Almain. tenens, excommunicatum Parisiis, vitandum esse vbique, etiam iure diuino, quo prohibita est communicatio cum excommunicatis. & profecto, si ius diuinum prohibet communicationem cum excommunicatis, satis manifeste constat, eodem iure diuino, excommunicatum Salmanticae, vbique locorum vitandum esse. Hanc vero communem sententiam quidam veram esse opinantur, quando qui excommunicatum vitare vult, probare poterit, eum esse alibi excommunicatum, & denunciatum: alioqui si hoc non possit probare, non tenetur eum vitare, nisi in eo loco, ubi fuerit excommunicatus, & denunciatus: quod adnotarunt Henric. in capitulo. cum desideres. de sentent. excommunicat. Chofmal. in pragmat. sanct. titulo. de excommunicat. non vitand. verbo, excommunicationis. Syluest. in verbo, excommunicatio. §. dubio. 17. Pia sententia est horum sententia, & fortassis concilium Basiliense eam habuit mentem, ut voluerit, nullibi locorum quem teneri ad vitandum excommunicatum, nisi in ea provincia, & dioecesi, in qua denunciatus fuerit. Ipse vero non audeo late concilii decretum interpretari. Nam qui in vno loco publice denunciatus est, minime ab Ecclesia toleratur, eo quod sit publice excommunicatus: idcirco si probari denunciatio possit commode, vitandus est publice, & occulte. quod si probari denunciatio non valet, tunc equidem vitandus erit occulte: non autem publice. atque ita existimo esse definiendam questionem istam.

Sed si quis tunc cum excommunicato aduersus prohibitionem iuris communicauerit, minori afficitur a canone ipso, excommunicatione, capitulo. ultim. de cleric. excommunicat. ministr. capitulo. nuper. capitulo. cum desideres. de sent. excommunicat. capitulo. si cui capitulo. excommunicatus cum duobus sequentibus. 11. quest. 3.



capitul. 2. de exception. quorum omnium præcipua est distinctio tex. in capitul. nuper. Ex quo palam deducitur, hanc excommunicationem, quæ infligitur communicantibus cum excommunicatis, minorem esse. idem apparet ex capitul. statutimus. constitutionem. supr. eodem. in dicto capitulo 2. de exception. qua in re hæsitandum non est. Nam licet aliquot canonibus dictum sit, communicantem cum excommunicato, in excommunicationem à iure statutam, & indictam incidere: illud est intelligendum de excommunicatione minori, sicuti pluribus in locis satis expressim explicatur. quæ denique regula pluribus in casibus fallit, in quibus communicans cum excommunicato maiori notatur excommunicatione, quorum aliquot hoc in loco breuiter trademus ad intellectum quarundam iuris Pontificii decisionum.

Primum equidem solet ad hoc in medium adduci responsio text. in capitul. significauit. de sentent. excommunicat. vbi probatur maiori excommunicatione affectum esse eum, qui cum excommunicato communicauerit: imo & esse huius excommunicationis absolutionem ab ipso tantum Romano Pontifice postulandam. vnde manifestum est, non posse illum text. intelligi de excommunicatione minori: dum dicit communicantem cum excommunicato eadem affici & ligari excommunicatione. etenim licet canones illi in capitul. excommunicatos. & capitul. sequent. 11. questio. 3. hanc patiantur in similibus verbis interpretationem propter subiectam materiam, vt eadem excommunicatione intelligatur quo ad priuationem Sacramentorum, & eorum perceptionem, & sic minor excommunicatio. capitul. si celebrat. de cleric. excommunicat. capitul. 2. de except. tamen text. in dict. capitul. significauit. non potest vilo pacto ita intelligi: quia & absolutionem huius excommunicationis ad Romanum Pontificem pertinere probat: cum absolutio minoris excommunicationis regulariter obtineri possit à simplici sacerdote: capit. nuper. de sentent. excommunicat. quæ ratione hæc interpretatio minime est admittenda: tamen gloss. eam exposuerit in dict. capitul. significauit. quam ob rem adnotandum erit, communicantem cum excommunicato, maiori excommunicatione affici, à solo Romano Pontifice absoluedum, tunc demum cum quinque simul contigerint, quæ in dicto capitul. significauit, expressim continentur. Primum, quod excommunicatus, cui communicatur, sit ea censura ligatus à Romano Pontifice iudicialiter, & nominatim. ita quod non sit satis, excommunicatum fuisse à Papa sententia canonis generalis. Secundum, quod communicans sit clericus. Tertium, quod communicet cum excommunicato, sciens illum esse excommunicatum à Papa. Quartum, quod hæc communicatio contingat sponte, nullo metu, nedum conditionali præmissio. Quintum, quod sit communicatio in diuinis, in Ecclesia, vel extra Ecclesiam simul orando, aut alias. His etenim vna constitutis colligitur, communicantem cum excommunicato, maiorem contrahere excommunicationem, à solo Romano Pontifice delendam: secundum Hostiens. Cardinal. Anton. Abb. & Felin. in dict. capitul. significauit. eundem Felin. in capitul. excommunicamus. column. 3. de heret. Archid. in capitul. si quis Episcop. in cons. 11. questio. 3. in fin. Syluest. in verb. excommun. 7. casu 6. Caietan. in verbo, excommunicatio. casu. 58. Floren. in 3. part. titul. 24. capitul. 32. Adrian. quod lib. 6. ad 2. vbi fatetur, hanc opinionem communem esse: idem testantur Syluester in dict. casu 6. & Mari. Soc. in cap. ad audientiam de homi. num. 25. vnde patet, falsum esse quod gloss. scripsit in dict. capitul. 2. de exceptio. existimans, communicantem cum excommunicato à Papa incidere in excommunicationem maiorem, & hoc ipsum esse speciale propter authoritatem Romani Pontificis, sic & regia Particularis lex non recte quæstionem istam expediuit, dum tit. 9. part. 1. l. 37. statuit clericum communicantem in diuinis vel humanis cum clerico excommunicato à Papa, statim ex hoc ligari maiori excommunicatione. Hoc etenim vel falsum est, vel intelligendum iuxta eam interpretationem, quam communis interpretum consensus recepit ad text. in d. cap. significauit.

Secundo loco passim adnotatur, communicantem etiam excommunicato maiori excommunicatione, vteunque contingat communicatio, si ea sit in crimine, & propter quod alter fuit excommunicatus, maiori ligari excommunicatione. textus optimus in cap. si concubina. & in cap. nuper de

sentent. excommunicat. Ex quibus hæc frequentissimo omnium consensu colligitur conclusio: quæ ita erit accipienda, vt communicatio in alio crimine, cuius causa excommunicatio non fuerit inflicta, minime sit sufficiens ad hoc, vt communicans in excommunicationem maiorem incidat: secundum Abb. & comunem in dict. cap. si concubina. Ab hæc vero excommunicatione is tantum absoluit, qui poterat ab excommunicatione principali, & in principalem lata iure absoluere: sicuti probatur in dict. capitul. nuper. §. in primo quidem articulo. nec per hoc vere concluditur, hanc excommunicationem maiorem, qua communicans in crimine afficitur, esse excommunicationem hominis: non enim est, sed Canonis, & iuris, licet eius absolutio competat ei, qui ratione criminis principalis excommunicauit: quod notant Innocent. Ioan. Andr. Cardin. & alii Communiter in dict. capit. nuper. vbi Panormit. fatetur, hanc opinionem communem esse, eamque sequitur. hoc ipsum probatur in dict. cap. nuper. in verba. quamuis enim & tunc. dum per dictionem, quamuis, ac per dictionem, & respondet, minorem excommunicationem, qua communicans ligatur, esse iuris. nam sentit & istam maiorem, quæ propter communionem in crimine imponitur, etiam iuris esse.

Tertio illud generaliter est obseruandum, posse communicantes cum excommunicatis, quandoque maiori excommunicatione ligari, si id iudici visum fuerit, seruatis tamen his monitionibus, quæ à iure in hac specie pro forma fuere statuta: & inducta: quarum mentio fit in capitul. statutus, & in cap. constitutionem. supr. isto titul. qua ratione speciale quidem esse videtur, quod in hoc casu excommunicatio lata sine canonica monitione sit nulla ipso iure: quod notat gloss. inibi comuniter recepta in dict. capitul. statutus. in verbo, non teneat. gloss. in cap. quod in dubiis. de sentent. excommun. Felin. in capitul. cum sit Romana. numero 15. de appellat. id autem procedit, vbi quis excommunicat participantes cum excommunicato à seipso: secus si excommunicet excommunicantes cum excommunicato ab alio, vel à iure: tunc etenim excommunicatio lata sine monitione, licet sit iniusta, non est nulla ipso iure. Ioan. Andr. Domi. & Franc. in dict. capitul. statutimus. Abb. & Franc. in capitul. peruenit. in 1. de appellat. Abb. in dict. cap. quod in dubiis. colum. 1. quod exilium satis dubium esse. Hic vero tertius casus olim fuit plane permittus in dict. capitul. quod in dubiis. in fine: quo quidem articulo est, communicantes cum excommunicatis posse maiori excommunicatio affici, si moniti noluerint à communicatione abstinere. adeo sane est specialis monitio in hac specie necessaria, vt licet alioqui sufficiat monitio generalis, quoties generalis excommunicatio ferenda est. capit. vltim. de elect. in sexto. authent. si omnes. C. si minor. ab hered. abbi. d. mem. 1. de iudic. l. 2. C. de decurionib. notat in simili Felin. in cap. 2. de consir. num. 8. & in capitul. exhibita. de iudic. colum. 2. et enim satis rationi consonum, quod sufficit generalis monitio ad excommunicationem, quæ aduersus incertos generaliter ferenda est. tamen ad communicationem ferendam aduersus communicantes cum excommunicatis necessaria est monitio nominatim specialis, nec generalis admittenda est, quamuis generaliter sit ferenda excommunicatio: atque ita visum est gloss. in verbo. nominatim. Ioan. Andr. Franco. & Doctor. in dict. capitul. constitutionem. Sed nihilominus Hostiens. in capitul. si aruimus. super eo. existimat, sufficere generalem ad monitionem, quoties in genere ferenda est excommunicatio aduersus communicantes cum excommunicato. Idem tenet Panormit. in cap. peruenit. in 1. de appellat. quorum opinionem praxis recepit ita quidem, quod monitio generalis tantum semper præmittatur contra communicantes cum excommunicatis, vt tandem in eos feratur excommunicatio maior. Hinc solet adnotari, communicantem cum excommunicato, minime peccare mortaliter. Nam si mortale crimen à communicante committeretur per communionem, posset facillime maior excommunicatio ferri in communicantes: & tamen hæc ferenda non est regulariter, nec ferri debet, nisi ex grauissima causa, de qua statim acturi sumus.

¶ Igitur regulam istam constituimus, quæ hæc assertionem exponit. Communicans etiam excommunicatis regulariter veniale tantum, non mortalem contrahit culpam, hæc probatur in dict. capitul. quod in dubiis. dum præsumptam communicationem requirit, id est procedentem à contemptu: ad hoc, vt communicans cum excommunicato

non potest igitur qui metu communicat excommunicato, in prohibitum consentit actum, qui adhuc malitia habet, quam circumstantia metus non tollit: quia non obitante metu hæc communicatio cum excommunicato fit adversus iuris prohibitionem. At qui petit ab excommunicato alimenta sibi necessaria, rem debitam exigit, resque debita peti omnino, & licite potest ab ipso excommunicato: text. in *dist. cap. si vere*. atque hæc circumstantia cum permissam faciat communionem cum excommunicato, ne is commodum consequatur ab excommunicatione & crimine contumaciae, malitiam actus tollit, & ea ratione cessat prohibitio communionis cum excommunicato. Quibus accedit locus celebris *Machaba. primo, c. 2. Machaba. 2. c. 7.* vbi cõstat, Iudæos metu coactos noluisse carnes porcinas comedere, quas tamen comederunt fame coacti. in priori quidem casu metus circumstantia non abtulit malitiam actus lege Mosaica prohibiti, & tamen in posteriori fames imminens amovuit & excludit ab eo actu omnem eius malitiam, quam ex prohibitione habebat.

Tertio solet aliter intelligi responsio text. in *dist. c. sacris. in eius ult. part.* vt nullo metu excusetur quis à communionis cum excommunicato prohibitione, imo adhuc peccet ei communicans propter quemcumque metum, quoties cõmunicatio est in diuinis vel in crimine, & his similibus casibus. nam text. ille præmittit peccatum mortale contrahi ex illa cõmunionem, ergo de ea tantum agit, quæ sub reatu mortalis culpæ prohibita est, & sic de ea, quæ in diuinis, vel in crimine contingat. text. opt. in *c. vltim. 2. q. 1.* & in specie hanc interpretationem exponit Syluest. in *verb. metus. qu. 7. c. in verb. excommunicatio. 5. qu. 3.* quasi secus sit, si quis in humanis, & temporalibus cum excommunicato communicauerit per metum: non enim peccabit, nec excommunicatione minori afficietur. Huic vero intellectui duo videntur obesse: primum quia lex humana, quæ prohibet communicationem cum excommunicato, etiam in temporalibus, potest obligare sibi subditos sub peccati reatu, & culpa, etiã cum periculo mortis. Nam & Caiet. in *1. 2. quest. 96. art. 4.* scribit posse legem humanã obligare, etiã cum periculo vitæ ad aliquid vitandum vel agendum, sub pœna mortalis culpæ: igitur potuit humana lex prohibere cõmunionem cum excommunicatis adhuc in temporalibus sub reatu mortis criminis, etiam cum periculo vitæ alterum grauitur vrget, nempe nec veniale crimen esse committendum propter quemcumque metum, qui dubio procul non excusat etiã à veniali peccato: quod feruori charitatis opponitur. glossa in *verb. benedictionem. in proemio sexti.* quamobrem nec licet communicare cum excommunicato in temporalibus & humanis propter quemcumque metum: quemadmodum sentit Panor. in *dist. cap. sacris colum. pen.* tenent Thomas in *4. sentent. dist. 18. q. 2. art. 4.* & ibi Durandus *q. 5. ad 3. idem Thom. quodlib. 1. art. 9. c. in additionibus ad 3. partem, q. 23. art. 3.* Summa confess. in *de sent. excomm. q. 165.* in genere autem veniale peccatum non esse committendum ob vitandam mortem, probatur in *c. 1. 2. q. 1. c. ne quis. c. q. ex Augustino in lib. contra mendacium: & alius, quorum & nos meminimus in Epitome ad 4. decret. 2. par. c. 3. §. 4. nu. 3.* Non oberit text. in *d. ca. sacris.* nam in eo tantum mentio fit de mortali crimine propter eius grauitatem. fit ergo, non esse congruam rationem, quæ in hoc intellectu adducitur, ad percipiendum verum sensum *d. cap. sacris.*

Quarto, licet hæc decisio difficilem rationem habeat, ipse censo verioris eius interpretationem aliunde fore deducendam: & potissimum à vera cuiusque legis moderatrice ratione, quæ in legibus diuinis, naturalibus, & humanis, tantam habet vim, vt commode non valeat legis alicuius interpretatio adsumi, nisi ratio viam veritatis aperiat. Etenim ipse opinor, legem Pontificiam, quæ in humanis & temporalibus communionem cum excommunicato vetuit, minime voluisse obligare quenquam ad vitandum excommunicatum cum mortis grauisimo periculo, & sic dato metu cadente in constantem virum, quod mihi apertissimum fit ex eo, quod canon ipse, iusque Pontificium ex leuioribus casibus communicationem cum excommunicato permiserit: nempe iure patriæ potestatis, cohabitationis coniugalis, & familiaritatis. *cap. quoniam multos. 11. quest. 3.* par igitur est, quod coniectemus fortiori ratione, communicantem cum excommunicato excusari, si id fecerit coactus metu mortis sibi imminentis, si communicare voluerit.

Qua ratione præcedens intellectus optime defendi poterat, vt prædicta responsio *cap. sacris.* non obtineat in eo qui cum excommunicato communicat in temporalibus & humanis propter metum, & mortis periculum. Sed & amplius obseruandum est, quod nec in diuinis prohibitio communionis cum excommunicato habet eam vim, vt cum periculo mortis obliget quemquã ad vitandum ipsum excommunicatum. Hoc sane à ratione, quæ legem ipsam verè interpretatur, deduci recte potest: siquidem præsumendum non est, hanc communicationem prohibitam esse esse tanto vitæ discrimine ipsius nolentis communicare. Pie etenim & maturo iudicio censendum est, noluisse legem, quæ vetuit communionem cum excommunicato in diuinis, quemquam obligare ad vitandum excommunicatum cum graui mortis periculo: nisi vbi communicatio contingeret in crimine, vel in detrimentum fidei Catholicae: vel in contemptum Ecclesiasticæ censuræ. Nam si quis hæreticus eius disciplinæ comminaretur mortem alicui, nisi cum eo in diuinis cõmunicet, profecto potius alicui, nisi cum eo in diuinis cõmunicare: sed si quispiã tyrannus mortem contuleret sacerdotem, vt corã ipso celebraret missarum solennia, nõ in cõtemptum religionis, nec in vilipendium fidei Catholicae, absque vlla hæreseos labeis nequaquã mortaliter peccaret, nec minori excommunicatione affectus est, licet coram tyranno missarum solennia peregerit, quam sententiam verã esse existimant Ioan. à Friburgo. in *sum. confess. tit. de sentent. excomm. quest. 165.* Syluest. in *verb. excomm. 5. dist. 1. c. Ioan. Maior. in 4. sent. dist. 17. q. 4.* & Marti. ab Azpilcueta in *ca. inter. ver. 11. q. 3. præludio 8.* ex quibus apparet, vltimam partem *cap. sacris.* esse intelligendam vel in metu leui, vel quoties cõmunicatio contingit in diuinis quo ad præiudicium fidei Catholicae, vel in crimine, aut in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ.

Tandem in *d. c. sacris.* asseritur, cõmunicantem cõmunicato mortale crimen committere, intelligendus est is text. iuxta præmissam distinctionem: scilicet cum excommunicatio sit in diuinis, in crimine, vel in contemptu, vnde & mortaliter peccat qui post monitionem canonicam, nec cõmunicet cum excommunicato, ab eius cõmunionem non abstinet: quasi tunc contemnere videatur Ecclesiasticam censuram: & ideo maiori excommunicatione ligari poterit. *cap. statum. c. constitutionem. sup. isto titulo.*

Illud non est prætermittendum ad veram interpretationem *c. sacris.* in prima eius parte, quod Ioan. de Selua in *tracta. de iur. iurand. 3. part. quest. 1. col. vers. Sexto limit.* in illa decisione probare nititur, posse quempiam vi præcisã cõpelli ad iurandum: & sic ad loquendum: quod præmittunt Goffred. & Felin. in *c. si vero. in fine de iur. iurand.* cum tamen contrariũ notauerint Ioan. And. & Panor. in *c. verum. eo tit.* quia licet possit quis cogi ad loquendum metu, & vi conditionalis tamen vi præcisã. Est enim vis præcisã, quãdã in nobis non est potestas resistendi: vel vtrum agamus, vel non agamus, etiam si velimus, mortem pati potius quam agere: nec vlla in nobis est voluntas, ad metus conditionalis, aut vis que conditionem habet, particeps est nostræ voluntatis, & voluntatem, quamvis coactam, nobis dimittit: quemadmodum distinximus in Epitome ad *4. decret. part. 1. c. q. §. 1. nu. 11.* nam cum in loquutione consistat sicut & in aliis communicationibus cõmunicato, & hæc possit dari per vim præcisã, vt probatur in *d. sacris. in par. 1. cõsequitur* vt opinatur Selua, inibi satis euidenter apparere, posse quem vi præcisã cogi ad iurandum, & loquendum. Quæ tamen adnotatio mihi non placet: quandoquidem cõmunicatio cum excommunicato non placet: plane cõtingere in multis per vim præcisã absque loquutione: nempe in eo quod quis sit simul presentis diuinis officii, quod audiatur ab excommunicato diuina officia: in mensa, osculo, amplexu, & his similibus, in quibus satis poterit ad exẽpla deduci prior pars *ca. sacris.* nec necessario debet exponi de cõmunionem in oratione, aut loquutione: vnde nõ est omnino certa inductio Io. de Selua: nec conuincit Io. And. & Panor. difficultatem falsam esse.

§. Q V A R T V S.

De bonis operibus.

S V M M A R I A.

Nemo potest alteri, nec sibi ex bonis operibus primam gratiam ex consilio mereri: & ibi unde procedat meritum condignum.